



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661

De Rerum Permutatione. Titulus X.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

Gregor. X. in Concilio generali Lugdun.

Hoc consultiſſimo prohibemus edicto, univerſos & ſingulos prelatos eccleſias ſibi commiſſas, bona immobilia, ſeu jura a ipſarum, laicis ſubmittere, ſubjicere, ſeu ſupponere, abſque capituli ſui conſenſu & Apoſtolice ſedis licentia ſpeciali. Non concedendo bona ipſa vel jura in emphyteuſim, ſeu alijs alienando in forma, & caſibus à jure permiſſis: ſed conſtituendo, vel recognoſcendo, ſeu proſtitendo ab illis ea tanquam à ſuperioribus tenere: ſeu ab ipſis eadem advocando, prout in quibusdam partibus vulgariter dicitur, avohere, vel ipſos patronos, vel advocatos eccleſiarum, ſeu bonorum ipſarum perpetuò, aut ad tempus non modicum ſtatuendo. Contrafactus autem omnes etiam juramenti, pœnz, vel alterius cujuſlibet firmitatis adjectione valatos (quos de talibus alienationibus ſine hujusmodi licentia & conſenſu contigerit celebrari) & quicquid ex eis ſecutum fuerit, decernimus adeò viribus omnino carere, ut nec jus aliquod tribuant, nec præſcribendi etiam cauſam parent. Et nihilominus prelatos, qui ſecus fecerint, ipſo facto ab officio & adminiſtratione: clericos etiam qui ſcientes contra inhibitionem prædictam aliquod eſſe præſumptum id ſuperiori denunciare neglexerint, à perceptione beneficiorum, quæ in eccleſia obtinent ſic gravata, triennio ſtatim eſſe ſuſpenſos. Laici verò, qui prelatos vel capitula eccleſiarum, ſeu alias perſonas eccleſiaſticas ad ſubmiſſiones hujusmodi faciendas, hætenus compulerunt, niſi poſt competentem monitionem (remiſſa ſubmiſſione, quam per vim, vel metum exegerint) eccleſias, & bona eccleſiaſtica eis ſubmiſſa taliter in ſua liberate dimittant. Illi verò, qui de cetero prelatos, vel perſonas caſdem ad talia faciendâ compulerint (cujuscuſque ſint conditionis, aut ſtatus) excommunicationis ſint ſententia innodati. Ex contrafactibus præterea ſuper præmiſſis (hujusmodi licentia & conſenſu intervenientibus) hætenus initis, vel quos in futurum iniri contigerit, ſeu occasione illorum, laici ultra id quod ex natura contractuum iſtorum, vel adhibita in illis lege permittitur, aliquid non uſurpent. Qui verò ſecus egerint (niſi legitime moniti ab hujusmodi uſurpatione deſtiterint, reſtituendo etiam ea, quæ taliter uſurparunt) eo ipſo ſententiam excommunicationis incurran: & extrinſecum ſupponendum terram iſtorum (ſi opus fuerit) eccleſiaſtico interdico liberè procedatur.

DE RERV PERMVTATIONE.

TITVLVS X. CAP. I.

Non obſtantibus expectationibus beneficiorum permutatio fieri poſſit. Ioan. And.

Bonifacius VIII. Biteren. Epifcopo.

Licet & in ſua diœceſi aliqui auctoritate Apoſtolice beneficia proximò vacatura expectent: illos tamen qui ſecundum formam juris ſua beneficia in eadem diœceſi ad tuam collationem ſpectantia permutare volentes liberè ac ſine fraude in manibus tuis ipſa reſignant. Nolumus occasione præmiſſa (æquitate præferentes in hac parte rigori) circa faciendam permutacionem beneficiorum hujusmodi (quæ alijs minime reſignatione) ullatenus impediri.

^a Vid. Bart. in y. colla. C. ubi in rem dicit. per l. ſi altera. ff. de uſuſu. Font. ^b Diſt. 60. deſc. in antiquior. codic. ^c Vid. Clem. 1. ut. de rer. permu. & de materia Bellanorum traſſ. de permutacione beneficiorum. & Dec. conſil. 141. l. 1. incip. ad plura dicitur. & conſil. 210. ca. incip. viſo. p. 10. de. 14. a.

DE TESTAMENTIS ET VLTIMIS VOLUNTARIIS.

TITVLVS XI. CAP. I.

In ſidei commiſſis ſubſtitutionibus licet habeat quædam ductio: in directis non. Et ſubſtitutiones interpretari debentur rectas, dummodo conueniant verbi & preſens iſta. Ioan. Andrea.

Bonifacius octauus.

Si pater a filium & filiam habens impuberes, uxorem, filiam in re cetera, filium vero in annuſtatibus ſuis univerſalem heredem indiſtincti, & cetera, qua in ſuo teſtamento legavit, adijcens, ut ſi decedat filia ſine liberis, eidem filio, & ſiſte abſque liberis, hereditatem ſuam, ſi utrumque ſine liberis moreretur: Clarifſi pater conſtituendo hæredes, ſi utrumque ſine liberis moreretur filiorum. Teſtatore mortuo, ac deinde filia ſuſcepit, & filia (ſuperſtite matre) deſeruit ante compæſ pubertatis. Abſque deductione Trebellianicæ, præterea ius jure naturæ debuit, facienda, & ſiſte pater debuit omnia deſeruit. Præmiſſi namque ſubſtitutiones ſtatutæ de filio ad filiam, & contra, & de illa ad præterea, directè debent intelligi pupillares. Cum in ſubſtitutionibus ſemper fit interpretatio faciendâ (dummodo, ſicut in caſu propoſito, earum verbiſus & perſona conueniant in ſubſtituto) ut ſubſtitutio directè intelligatur pupillari quàm obliqua, quanquam directè interpretum ad ſidei commiſſum ex cauſa trahatur. Licet autem in teſtamento ſuo matrem portione jure naturæ deſeruit, non poſſit, pater tamen in teſtamento quod filia præterea facit, poſſe: nam teſtamentum hujusmodi pupillari paterno, vel paterno præterea poſſit deſeruiſſe.

CAP. II.

Superior habet conſentire religioſi, depauperati concubini. Io. And. ſecundum Zen.

Idem.

Religioſus executor ab aliquo in ſua voluntate obligatus (cum vellet vel nollet) officium ſuſcipere, vel recipere: nihil à ſuperiore ſuo petita ſuper hoc licentia & obſtata.

^a Pluribus executoribus datum, non mortuo, vel in remota exiſtente, vel exequi nolente, unus officium executionis exercere, non potest. Superior teſtatorum volumus: niſi aliud per teſtatorum dicitur. h. d. ſecundum Zen.

Sanè pluribus à teſtatore ſimpliciter executoribus deputatis, uno eorum mortuo, vel in remotis agente, non id exequi forte nolente: Ne voluntatem teſtatoris impediri, vel nimium diſſeruiſſe conungat: poterit alius à teſtatore aliud expreſſerit) officium executionis impetare liberè adimplere.

DE SEPULTVRIS. TITVLVS XII. CAP. I.

Hic prohibetur paſſim de ſepultura eligenda. Non debent poſſe de ſepultura eligenda, vel electa non mandata, ſepulcrum illi quibus alijs eras de jure ſepulcrum: & alijs ſepulcrum non poſſe ſepulcrum ob ventibus reſtituendum eſſe, alijs paſſim eligenda contenta. h. d. ſecundum Zen.

Bonifacius octauus.

Animarum periculis & ſandalis quæ deſeruer ex his proveniunt, evitare volentes, univerſis religioſis & ſecularibus clericis ex-

^a De materia hujus cap. præter deſeruiſſe vide. inſuper in cap. Rainutus. ext. de uſu. & in l. præterea. l. de impu. & in ſubſ. & alibi.